

**RECEPTARVM  
SENTENTIARVM; SIVE;  
VT NVNC LOQVNTVR,  
COMMVNIVM OPINIONVM IV,  
RECONSULTORVM VTRIVS  
QVE IVRIS,**

**Tomus Quartus,**  
Nunc primùm in lucem editus.

**CONTINENS RECEPTARVM SENTENTIARVM  
ET CONCLVSIONVM CENTVRIAS V. A' Dn. LAVREN-  
tio Kirchovio Megapolense I.V. Doctore, & eiusdem in Academia  
Rostochienti Professore, ordine Alpha-  
betico collectus.**

Item

**LIBROS DVOS COMMVNIVM  
OPINIONVM CENTVRIAS VII. COMPLE-  
CTENTES, CLARISS. IC. D. MICHAELE  
GRASSO POMERANO, AVCTORE,  
COLLECTORE QVE.**

**CVM SVMMARIIS ET INDICE MATERIARVM,  
QVAESTIONVMQVE INCIDENTIVM.**



Cum gratia & priuilegio Cæsareo ad Oëtennium.  
**FRANCOFVRTI AD MOENVM, ANNO  
M. D. LXXI,**

*Cius opus receptarum  
sententiarum legi  
potest, ut de  
iure gub. nunciant,  
sic expurgatorie an  
ni 1640 gemmittis.*

*Nulli libri qui  
sententiarum  
prohibentur per expurga-  
torium an. 1640  
1672 et ablati s.*

*Estia conforme al expur-  
gatorio de 1640. In  
Comission del Sto officio.*

*Jns  
Jan. de Gmang*

A  
L  
L  
I  
S  
T  
R  
I  
S  
S  
I  
M  
O  
P  
R  
I  
N  
C  
I  
P  
I  
A  
C  
D  
O  
M  
I  
N  
O,  
D  
O  
M  
I  
N  
O  
I  
O  
H  
A  
N  
N  
I  
A  
L  
B  
E  
R  
T  
O,  
D  
V  
C  
I  
M  
E  
G  
A  
L  
B  
V  
R  
G  
E  
N  
S  
I

Principi inclytæ & vetustæ gentis Henetæ in littore Balrico,  
Comiti Suorinenli, Domino in Rostoch & Star-  
garden, Domino suo Cle-  
mentissimo,



**L**LLVSTRISSIME Princeps Domine, clementissime, quatuor præcipue rationes à plerisque ad contemnendas & improbandas communes Doctorum Sententias allegari solent. Quarum prima est, quod nobilissimus Iureconsultus Labeo ingenij facilitate & fiducia doctrinæ fretus, propterea quod præ cæteris sapientiæ operam dederat, plurima in Iure innouare instituerit, cum Ateius Capito Iureconsultus in his quæ ei tradita fuerant, perseveraret. Et idcirco alijs, simili modo, tales innouationes non esse concedendas. Altera, ex sententia ipsius Imperatoris Iustiniani uolentis, Non ex multitudine authorum, sed quod melius & æquius est, iudicandum esse, Cum possit unus forsitan, etiam deterioris, sententia, & multos & maiores aliqua in parte superare, desumitur. Tertia diligentiori studio & cura inhaerendum esse sententiæ, etiam non excellentis authoris, tamen lege confirmatæ potius quam quod amplecteremur sententias communi calculo receptas. Ultima sine lege loqui, quemadmodum in Communibus Opinionibus sapiens sit, Iureconsultos erubescere.

Et si autem complures aliæ rationes à contemptoribus Communium Opinionum adduci soleant: tamen hæc præcipua sunt, quarum dilutionem si sigillatim institueremus, faciles, quibus neruose & penitus eas confutare & diluere possemus, nobis in promptu forent responsiones. Sed ne uideamur prorsus ijs destituti, illas postea, ubi & alias contrarias rationes, quæ pro communi sententiâ stabilienda à nostris adducuntur, recensuerimus referemus. Et non dubium est, ueteres Iureconsultos, sententias communiore plerumque secutos, cum ipsi testentur crebriorem apud ueteres opinionem retinendam, & plurium sententias amplectendus esse. Quod & Pontificij uoluerit, ita ut omnes hac in re consentiant. Nec uerisimile est, multos sine lege locutos, & non considerasse quid legibus definitum sit, propterea etiam eos non tam facile errare potuisse, quam si unus & aliter aliquid quod à pluribus non esset approbatum assereret. Hinc & Philosophi ea quæ pluribus probantur, magis quam quæ à paucis asseruntur,

L. 2. §. hi duo, ff. de orig. 12.

L. 1. §. cumq; uerbis, sed nec, C. de vet. iur. enuc.

L. illam, C. de collat. §. confideremus, in Auth. de trien. & semis.

L. unica, verf. & sanè crebrior, ff. de off. quæst. §. 1. Inst. de hæred. instit.

C. nouimus, extra, de uerbor. signif.

Vuillich, in loco Dialect. ab auctorit.

# RECEPTARVM SENTENTIARVM SIVE CONCLUSIONVM, PER CLARISSIMVM VIRVM D. LAURENTIVM KIRCHOVIVM MEGALOPOLENSEM, V. I. DOCTOREM, & C. ORDINE ALPHABETICO collectarum,

## CENTVRIA PRIMA.

A.

### CONCLUSIO I.

**A**BSENS & impeditus, nō tenetur in causis arduis mittere procuratorem. Bartol. in l. idemq; ff. pro socio. Bald. in l. 2. §. si quis in iudicio. num. 3. versic. tu verò aliquantulum. ff. si quis cautionibus in iudicio sistendi, & in l. 1. §. vsus. versic. sed reuoco in dubium, ff. de procurat. l. ab eo. num. 7. versic. quero vtrum absens. C. quomodo & quando iudex. Alex. de Imol. in l. recusare. §. si quis alio. versic. sed Ioan. de Imol. ff. ad SC. Trebel. Et hanc cōmunem conclusionē Doc. esse inquit Ias. in d. §. si quis in iudicio. nu. 13. versic. re-tenta tamen communi conclusionē, & Carol. Molin. in consi. 19. num. 23. in Tom. 1. con.

### CONCLUSIO II.

**A**CTIO iniuriarum vnus anni spacio tantum durat, l. si non conuictij. C. de iniur. nisi lis fuerit contestata. l. fin. C. de prescript. 30. vel 40. annorū. Hartman. Hart. in lib. 2. pract. foren. titu. de iniur. cap. 2. circ. fin. versic. item per lris contestationem, nam tunc perpetuatur. Item si rei machinatione delij contestari. Quia in re sunt duæ opinionēs contrariæ, referente Ias. in l. si cum. §. qui iniuriarum. num. 9. & 10. Num. 9. dicit ipse, quod communis conclusio sit, quando per subterfugia & cauillationes rei lis cōtestari non possit, haberetur tamen pro contestata, quantum ad transmissionem actionum & perpetuationem, ac si verè lis esset contestata. Et num. 10. quod longa mora rei non operaretur effectum lris contestationis: Quia actio iniuriarum extinguitur, quæ non exstingueretur, si lis fuisset contestata,

num. 11. tamen ipse addit retinendam esse communem conclusionem, quando per subterfugia & dilationes rei lis protraheretur, quod lis pro contestata haberi debeat. ff. si quis cautionib. Faciunt huc eiusdē Ias. annotat. in l. 1. C. quando libel. principi datus lris contestationem faciat. nu. 8. Refert & hanc quæstionē Vasquius Menchacensis in lib. 1. controuerf. illustr. ca. 2. num. 15. versic. item quid si de actione iniuriarum dubitetur.

### CONCLUSIO III.

**A**CTOR tenetur reo ad fundandam illius exceptionem, tam rationes. l. non est nouum. l. iustum. quàm instrumenta exhibere. l. fin. C. de edendo. l. dissolutę. C. de condict. ex lege. l. qui tabulas. ff. de furt. Bar. in d. l. fin. num. 1. Quam sententiā Ioannes Glossator ibi primam defendit expulso sensu Azonis, qui contrariū in sua Summa ibid. num. 23. defendere voluerat, vt scilicet, rationes ederentur reo ab actore, & e contra, sed instrumenta nullo modo. Alex. de Imol. in d. l. fin. nu. 2. Quare prior sententia communis Doc. opinio esse dicitur. Alex. ibid. num. 3. Dec. num. 5. Francif. Purpurat. num. 11. versic. & quamuis articulus, vt supra disputari possit, non tamen recedendum est à communi sententia, Alciat. num. 6. versic. non igitur à recepta plurimorum sententia recedendum est. Et hanc sententiā communiter approbari scribunt Abb. Panorm. num. 15. in fin. Dec. num. 39. cir. fin. & nouissimè Marc. Mantua. num. 21. in c. 1. ext. de proba. vbi & ipsi huius cōmunis opinionis limitationes & fallentias, & Zaf. noster in l. 1. §. editiones. num. 30. cum seq. ff. de edendo, latè explicarunt.

### CONCLUSIO IIII.

**A**CTOR vbiq; petit à reo instrumenta ad intentionem suam fundatam

A      coad-